



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 43. Cæremonia in Baptismo adhibendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

orcista, Lectore, & Ostiario, tenendi. Sæculum V.
A. C. 496.
Tum sequuntur Missæ propriæ in Consecratione Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, & in Ordinationis eorum Anniversario legendæ.

§. XLIII.

Cæremonie in Baptismo adhibendæ.

Dominica tertia Quadragesimæ primo n.26.
mentio fit de Scrutiniis, seu Examine Electorum, id est, Catechumenorum, qui eligebantur ad Festa Paschalia baptizandi. In Canone pro ipsis, ipsosque e Fonte levaturis preces recitantur. Evangelium de Dæmoniaco surdo, & muto, n.29.
his Cæremoniis optime congruebat. His scrutiniis initium dabatur sequenti Die Lunæ, & diversis diebus continuabantur, idque prius nunciabatur populo, ut interesse posset. Scrutinium incipiebat circa Meridiem ante Missam, quæ in Quadragesima ante Vesperum non celebrabatur. Electis in Ecclesia congregatis, Acolythorum unus scribebat omnium nomina. Ad dextram mares, & ad sinistram puellæ collocabantur. Tum super eos preces, & exorcismi recitabantur. Secundum scrutinium indicatur Dominica quarta, & aliud quinta, sed vox: *Passionis*, non occurrit. Post hanc septimanam omnia ordine recensentur, n.30.31.33.
quæ ad præparationem, & instructionem

Sæculum V
A. C. 496.

nem Catechumenorum pertinent, scilicet, prima Benedictio, & altera, quando Sal porrigitur, item Exorcismi, quos Acolythy pronunciabant, & quidem alios super pueros, alios super foeminas.

n.34. Tum explicabantur illis Evangelia, quæ explicatio adaperatio aurium vocabatur. Diaconi quatuor Sacristia exeuntes portabant quatuor Evangelia; præcedebant pueri duo candelabra ferentes, & acerras. Libris super quatuor Altaris cornua depositis, Presbyter incipiebat Catechumenos instruere, & explicabat, quid vox: *Evangelium*, significaret,

Baptismus.

n.35.

quinam essent Evangelistæ, & qua ratione quatuor Animalium Mysticorum figura fuerint adumbrati. Tum jubebat a Diaconis uniuscujusque Evangelii initium prælegi. Alia Die Presbyter Catechumenis Symbolum explicabat. Statim quid hoc esset summatim exponebat, deinde unus Acolythorum puerum ex numero Baptizandorum aliquem sublatum brachio sinistro tenens, dextram parvuli capiti imponebat. Presbyter quærebat: *Qua lingua constentur Dominum Nostrum Jesum Christum?* Respondebat aliquis: *Græca, aut, Latina.* Semper enim magno numero Græci Romæ versabantur. Tum Acolythus Symbolum Nicenum pronunciabat, illud primum Græce deinde Latine decantans.

Id

Id vero hujus Sacramentarii Antiquita-
tem maxime demonstrat, quod in eo so-
lum legatur, S. Spiritum a Patre proce-
dere. Presbyter præter Symbolum e-
tiam Orationem Dominicam explica-
bat.

Sæculum V.
A.C. 496.

Dominica Palmarum etiam Passionis
appellatur. In Cœna Domini Rubrica
indicat, nihil esse cantandum, & Popu-
lum non salutandum. Eadem die Ritu
admodum solemnibus duæ Functiones sa-
cræ peraguntur, Pœnitentium Reconciliatio,
& sacrorum oleorum Consecratio. Pœnitens e loco, quo inclusus fue-
rat, eductus, Ecclesiam adibat, seque
projiciebat in terram. Tum Diaconus
pro ipso apud Episcopum intercedebat,
qui Pœnitentem hortatus, ut sibi a rela-
psu caveret, multas super eum preces
recitabat. Deinde modus Reconcilian-
di Pœnitentem in Articulo mortis præ-
scribitur. Benedictio sacrorum oleorum
eadem ferme erat, quæ hodie, si Saluta-
tio, & Genuflexiones excipiantur. In
Cœna Domini duæ Missæ legebantur,
una tempore matutino, altera vesperti-
no, quemadmodum, ut S. Augustinus a-
nimadvertit, in quibusdam Ecclesiis usu
fuerat introductum. Sacramentarium
in die Parasceves easdem preces, quas
hodie recitamus refert, sicut etiam Ado-

n.40.

Ep. 54. ad
Janu. c. 7.
Sacram.

I 3 ratio n. 41.

Sæculum V. rationem Crucis, (*) & Communionem
A. C. 496. Generalem Evcharistiæ, præcedente Die
reservatæ.

Sabbato sancto mane Electi Catechumeni veniebant, ut Symbolum redderent. Primo Episcopus, aut Presbyter, ultimum Exorcismum in eos pronuntiabat, & sua saliva nasum baptizandorum, & aures contingebat, dicens: *Eppheta*. & cœtera, ungebat oleo Catechumenorum, quærebat, an renunciarent Diabolo, & Symbolum cum ipsis recitabat. Tum jussos orare Diaconus dimittebat, hora Baptismi conferendi redituros. Hora octava & media, id est, media secunda, officium inchoabatur recitatione Litaniarum, sequebatur Benedictio Cerei Paschalis, duodecim Lectiones, & subjunctæ Orationes. Post hæc procedebatur ad Benedictionem Fontis, & omnes Electi singulatim baptizabantur trina immersione. Egressos Presbyter Chrismate ungebat in capite, & Episcopus Confirmationem conferebat. Statim manus baptizatis imponebat, orans, ut acciperent septem Dona Spiritus S. eosque unge-

no. 54.

(*) Der Uebersetzer verrâth seine Unwissenheit in den Kirchengeschichten, da er saget, von solchem abgöttischen Ausdruck, und Gebräuchen habe man in diesen Jahrhunderten nichts gewußt.

ungebat in fronte. His ad Sanctuarium Sæculum V. A. C. 496.
 redibant, & prima in Cœlo stella micante Cang. Gloss. Pasch. ann.
 Missa inchoabatur. Post octavam Paschæ
 ponitur Missa Paschæ annotinæ. Ita An-
 niversarius baptismi appellabatur. Incer-
 tum an hunc Anniversarium quisque die Ritus anti- qui. n. 63.
 illo, quo baptizatus fuerat, celebraverit,
 an una Solemnitate Sabbato octavæ Pa-
 schæ anniversarios omnes complexi fue-
 rint. In Missa Ascensionis legitur Benedictio
 primarum frugum. Sabbato Pentecostes,
 occasione Baptismi solemnis, ponitur mo-
 dus baptizandi ægrotum, Energumenum, n. 66. 67.
 Gentiles, nam pauci supererant, & ple- n. 71.
 rique eorum, qui baptizabantur Parenti-
 bus Christianis geniti erant. Ægroto,
 postquam baptizatus fuisset, dabatur
 Communio, eumque Episcopus deinde n. 75.
 confirmabat.

§. XLIV.

Alia Officia.

Post officium in Pentecoste legitur in n. 82.
 Sacramentario denunciatio Jejunii
 quatuor Temporum pro quarto, septi-
 mo, & decimo Mense, ferme ut vidimus
 in Sermonibus S. Leonis, scilicet jeju-
 nium dierum Mercurii, Veneris, & Sab-
 bati, in Vigiliis in Ecclesia S. Petri. Dein- n. 85.
 de leguntur Preces in Reconciliatione
 Arianorum, aliorumve Hæreticorum di-
 cendæ. Sequitur dedicatio alicujus Ec- n. 88.
 clesiæ,